Maria

Koran


7
9 K
26

VETUSTISSIMÆ AUXIMATIS URBIS

BREVES NOTITIÆ

AB ANTIOCHO HONUPHRIO
AUXIMATIS ECCLESIÆ
Canonico Decano I.V.D. Prothonotario Apostolico, Ciue Romano, Patritio Auximano, ac Lateranensi Vicario,

COLLECTÆ, AC DIGESTÆ

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

D. ANTONIO,
AUXIMATI EPISCOPO,
AC SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ
CARDINALI BICHIO.

DICATÆ.



MACERATÆ, Typis Caroli Zenobij. M. DC. LXXXII.
D.D. SUPERIORUM PERMISSU.

PROTESTATIO AVCTORIS.

ANimaduerte Lector in Elogijs Virorum Illustrium, quos hoc libro complexus sum, non nulla me obiter attingere, quæ Sanctitatem ipsis videantur adscribere, Perstringo nonnumquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum Vires humanas superent, miracula videri possunt: Præsagia futurorum, arcanorum, manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huiusmodi beneficia, item in miseros mortales eorum intercessione diuinitus; demum non nullis Sanctimoniæ, vel Martirij videor appellationem tribuere, Verum hæc omnia meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi, tanquam ab Apostolica Sede examinata, atq; approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum Sacræ Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolabiliter iuxta declarationem eiusdem Decreti à Domino D. N. D. Vrbano Papa Octauo anno 1631. factam seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, vel venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Martirij inducere, seu augere, nec quicquam eius extimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Cannonizationem, aut Miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusa hac mea lucubratione continerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam Sanctè profiteor, quam decet eum, qui S. Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

Ego Antiochus Honuphrius Canonicus Decanus, vt supra &c.

 2 Ego

EGo Gaſpar Lauretanus Maceraten: Canonicus Eccleſiæ Cathed. I. V. nec non Phyloſ. & Sacræ Theolog. Doctor, & in Patria Vniuerſitate Iuris Canonici Mattut. Interpres de Mandato Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. FRANCISCI CINI Epiſcopi Macerat. Librum cuius Titulus VETVSTISSIMÆ AVXIMATIS VRBIS BREVES NOTITIÆ Summo ſtudio elaboratum attenta lectione percurri, nihilq; in eo contra morum Honeſtatem, & Catholicæ fidei principia perlegi, cuius laudibus ſatis ſit tanti Auctoris litterariæ Reipublicæ bene meriti partum agnoſci. Qua propter non ſolum Typis vulgari poſſe, ſed vtiliſſimum fore cenſeo. Vnde, ſi ſupradicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Epiſcopo placet, Maceratæ Imprimatur.

Ego Idem Canonicus Gaſpar Lauretanus qui ſupra &c.

Imprimatur

Alexander Borroccius I. V. D. Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi D. D. Franciſci Cini Epiſcopi Maceraten. pro Vicarius Generalis.

ADM.

ADM. R. P. Leonardus Mazziottus Soc. Iesù, & S. Inquisitionis Anconæ Consultor Videat, & consideret librum cui titulus VETVSTISSIMÆ AVXIMATIS VRBIS BREVES NOTITIÆ ab Antiocho Honufrio Auximatis Ecclesiæ Canonico Decano &c. collectæ, & digestæ, & referat &c. ex ædibus S. Officij Anconæ die primo Ianuarij 1682.

F. P. H. Inquisitor.

DE Mandato Reuerendissimi Patris Hieronymi Giacconij Ordinis Prædicatorum, Magistri in Sacra Theologia, & Generalis Inquisitoris Anconæ, ego suprascriptus legi librum cui titulus VETVSTISSIMÆ AVXIMATIS VRBIS BREVES NOTITIÆ, & nihil animaduerti, quod bonis moribus, aut orthodoxæ fidei principijs aduersetur; quin potius elaborati Operis studio, multiplici nouarum rerum eruditione adeò refertum, vt censeam non mediocriter profuturum, eruditæ litteratorum reipublicæ, eumdemque dignissimum, qui in lucem publicam edatur, si ita videbitur Reuerendissimo Patri Inquisitori Anconæ in nostro Collegio 2. Ianuaris 1682.

Leonardus Mazziottus Societatis Iesù.

Die quarta Ianuarij 1682.

Stante suprapoſita atteſtatione.

Imprimatur

F. Paulus Hieronymus Giacconus Inquiſ. Anconæ, &c.

EORVM,

EORVM, QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR

INDEX

EMINENTISSIMO BICHIO

AVCTORIS ELOGIVM,

Cum Annotationibus, & declarationibus

CIVITATIS AVXIMI HISTORICA INSCRIPTIO.

Et in Ecclesia Sancti Siluestri Congregationis Siluestrinæ fundatoris, Guzzolini Patritij Auximatis
Nec non Sancti Bonfilij Patritij pariter Auximatis, ac Fulginij in Vmbria Episcopi
DD. Hieronymus, & Octauianus Aurelij Guarnerij Patritij Auximatis, ac Isabellæ de Fregosis Marchionissæ Filij, Monasticorum Ordinum Fundatorum, Propagatorum, ac Reformatorum Sacras quamplurimas Reliquias, quorum nomina supra mille excrescunt ex toto ferè Terrarum Orbe recollegerunt.
Bibliothecam Cinam Auximatum Ciuium Ingenijs excolendis ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. FRANCISCO CINO Maceratæ, & Tolentini Episcopo vsui publico addictam ex mille 200. scutorum annuis redditibus, perpetuò librorum incremento, ac dote ditarunt; Venerabilemque Sancti Philippi Nerij Congregationem proprio ære fundarunt
Piceni Prouinciæ Rectores in Auximana Ciuitate residebant Z
Monimenta nonnulla ex Asceticis, ac recentioribus Auctoribus circa Auximanium gesta excerpta &
Historici, Auximanæ Ciuitatis Vetustatem, Originem, Potentiam, ac Præstantiam recensentes C.
Pro insignium Prærogatiuarum Coronide, Eugenij Pontificis Quarti Diplomatis Exemplum per extensum registratur ✠
Elogium Sepulchrale eiusdem Auctoris in suæ Matris decessu

EMI-

AD D. ANTIOCHVM HONVFRIVM AVXIMATIS

Ecclesiæ Canonicum Decanum

ANAGRMMA, ET DISTICON.

Alludens ad gentilitium Stemma.

ANTIOCHVS HONVFRIVS
HONORIS FASTV VINCO

Scande Audax PALMAM, ramum carpe Inclita Signa
Hæc tibi, qui FASTV VINCIS HONORIS, erunt.



Al medesimo Signor Canonico Decano

ANTIOCO HONOFRI

ANAGRAMMA.

D' HONOR FAI CONTO.

CHi non prezza l'honore,
O non ha Senno, o Core,
Ei d'ogn' impresa è l'alma,
E sol per lui s'arriua
Al Trionfo, alla Palma;
Perciò la Gloria tua sempre fia viua,
E lo Scettro, e l'Alloro à te fia pronto,
Perche d'HONOR FAI CONTO.

A EMI-

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI

ANTONIO BICHIO

SCORGIANIQ; COMITI

AVCTORIS ELOGIVM.

Te quidem exigit,
ANTONI Eminentiſsime Præſul
Hæc Tabula.
Multis nominibus Tibi debita,
Bonis omnibus,
Votis omnibus, à me debita.
Tù Romanæ Eccleſiæ Cardinalis
Romanus Ego Ciuis
Sanctæ Auximatis Eccleſiæ Tu Antiſtes.
Auximum mihi Patria Canonicorum Decano.
Te vices mandante,
Supra iam luſtrum Vicariam Tibi præſtiti
Operam Præſulatus.
Synodalium Tu promulgator Sanctionum,
Oecumenicuſq; Diœceſis
Luſtrator
Promotor; Synodaliſq; Examinator,
Ac Tua Benignitate, Auximatis Diœceſis
Viſitator Ego.
Si Sanguinis Nobilitate, Magnum, * 1
Vrbs Senenſis, Te veneretur.
Longè Maiorem Orbis,


Sapien-

Sapientia prædicat gloriabundus.
Si Iustitiæ Columen,
Antistitum exemplar dixerim,
Vix laudum partem attigero.
Etenim,
Si Gentilitio in Stemmate intuentium
Ad oculos, Aquila, Romani, &
Augusti Cæsaris Præsagium,
Volucrum, ac Pennatorum Regina,
Regio Diademate coronata; occurrat;
Nobilissimæ * 1 Prosapiæ Maiestatem,
Bichiorum Imperium, ac Dominium
Præsignat.
Rectè, quidem supra Leonem,
Animalium omnium Regem.
Pastoralis Vigilantiæ Præsagium,
Per quem
Dum humana, à Diuina scientia demonstratur,
Oculis semper igneis, ac patentibus;
Vt sol patenti, igneoq; oculo, Terram
Conspicit;
Subditorum Cœtus, protectionis beneficio,
Sub Alarum Vmbra tutè requiescit.
Iubis pendentibus:
Idest,
Ingenitæ * 2 Generositatis Inditium.
Cuius Virtus
Apparet in pectore, & firmitas in Capite.
Dum
Apud Belgium, Vrbano VIII. cum Inter-
Nuntij Potestate, & Alexandro Septimo,

Annuentibus, prò Pontifice Legationem
gerens, apud Vrbinum,
Tueri Iura, atq; augere Pontificia;
ex Hæreticorum Sanie,
Catholicæ Religionis sanitatem
haurire sategisti.
Adest enim Leo in siria,
Cuius Adeps
Præseruat à malis,
Quotidianisquè medetur languoribus.
Tibi
Coccineas Infulas,
Purpureum Apicem
Sapientia,
Non
Tirus, aut Sidon
Tinxit, ac Texuit.
Prisco Tarquinio, Aquila Pileum,
Regni Præsagium,
Extulit Retulit;
Tibi Galerum,
Sacri Principatus Insigne
Principis Aquilę
Per
Montium iuga vagantis,
Et ministerio, & munere
Purpurea denique Lingua;
Albentes Dentes,
Videlicet
Robustioris fœlicitatis Apparitores:
Vaticano etenim Regum Ostro

Candi-

Candidata semper Integritas,
Sapientiaque anteuertit
Accipe, & Excipe,
Quæ offero,
Sapientiæ Flores, & Poma,
Benigno sinu, Optime Princeps
Tanto Pastori,
Patri, Patrono, ac Domino,
Tabellam hanc,
Vti Monumentum,
Omni Metallo perennius;
In obsequium Deuotionis
Appingo.



ANNO.

*2 ANNOTATIONES, ET EIVSDEM ELOGII DECLARATIONES.

AVgustinus Olduinus Societ. Iesù in add. M. Alphonsi Ciaccon. in Vita Alexandri VII. A. D. 1655. fol. mihi 737. & 738. Tom. 4. de Eminentissimo Antonio Bichio sic ait.

Antonius Bichius Firmanum, & Honoratam Mignanellam in Parentes habuit, tùm genere, tùm pietate nobilissimos.

Bichiæ gentis decora plurimum auxit Laura de Marsilijs, quæ secundis nuptijs Alexandrum VII. fœliciter Orbi peperit.

Genitricis fæcunditate multos Antonius sortitus est fratres; inter quos clariores censentur Petrus Maria Episcopus Tudertinus, Ioannes Hierosolymitanensis Ordinis Prior, qui Crucis Insigne, & Pontificiæ Classis in Turcas Præfectura, & Magni Ducis splendidissima Legatione, alijsq; fuit virtutis monumentis, decoratus.

Antonius Comiti se iunxit Fabio Chisio, Coloniam cum facultatibus extra, ordinem, Nuntij proficiscenti, qui eius admiratus pulcherrimas animi dotes, & pectoris robur, ad omnia aduersa infractum in partem laboris assumere non erubuit.

Ex inde Belgium cum potestate Nuntij ab Vrbano VIII. amandandum curauit, quo in munere, quam præclarè segesserit ex causa Ducis lotharingiæ, loqui; & Iansenij Asseclæ testari maximè possunt, quorum zizania, ne in Agro Domini cresceret, omnem semper operam, & vigilantiam impendit.

Persun-

Perfuncto laudabiliter Internuntij Ministerio, Ecclesiam Montis Ilcini Innocentius X. ei sponte tradidit gubernandam.

Postmodum ad Apostolicum Apicem, Auunculo votis omnibus euecto, Auximanum Episcopatum regendum suscepit; cuius in solicitudine, dum impensius laborat, Sacræ Purpuræ honore, & Vrbini Legatione, cum Carthusianæ Religionis Patrocinio, multarum Congregationum Consilijs exornari ab eodem Alexandro promeruit.

Pisauri Portum, iam pridem alluuionum, & Maris iniuria Nauigijs clausum referauit; multisque alijs, Principem verum, dignis operibus ostendit.

Redijt ad sponsam post quinquennium cuius in cultu, & vigilantia Pastoris munere defungitur, & totius Diœcesis lætatur beneuolentia.

Cum Purpura Titulum Sancti Augustini obtinuit, quem postea cum alio Sanctæ Mariæ Angelorum sub Clemente Nono commutauit.

Interfuit iam bis Comitijs Pontificijs, illis videlicet, in quibus S. Tiara ornati, Clementes Duo, Nonus, & Decimus. * 2 Ex S. Auximatis Ecclesiæ monumentis.

Sui ad sponsam accessus A. D. 1656. die 23. Aprilis, ne Boreales Muri Cathedralis Ecclesiæ prosternerentur ab Hedera, diuelli voluit. Aut ne amplius viridi, sed rubeo tegerentur amictu Sponsus eius, cum esset Purpureus. Tectorum succurrendo iacturæ; Communibus adiectis Mœnibus Cœmeterio. Docuit etiam post obitum, Heroum opera diù consistere sedulitate.

Episcopali in Palatio ab Aquilone nouas Ædes, in quibus

bus nihil eſt, quod non rapiat, nobili Pictura, oculos. Veterem Oenothecam cum Crypta ad labyrinti formam ingenioſiſſimè ampliatam, Equilia, Carceres, Granaria, generoſarum Vitium Pergulam, miro ordine ferreis ſubnixam fulcimentis in florario fabuloſorum Deorum ſimulacris ſolido confictis opere in areolarum angulis, ornato, ab initio orditus vſque ad extremum magnificentiſſimè perduxit.

Reboaret vtique Campana Minor, ſuis conflata ſumptibus Principis Beneficentiam; minor niſi eſſet fama tot operum immenſitate, geſtorum pluralitate.

Atrij Solum æquando, ſublato quodam exceſſu, parem geſſit ad Eccleſiam ingreſſum, Deum oraturis indulgens. At ne deeſſet ad Immortalitatem aſcenſus, publicæ commoditati, duplicem aptauit Viam; vnam ſcilicet intus ſecreto ſcalarum ordine; ad denotandum, ſecreto cordis affectu gradatim eundum eſſe ad montem, Qui Chriſtus eſt. Alteram verò extra, cuius inæqualitatem ab equilibus coequauit. Solitus æqua lance procedere, paritèr in vijs æquitatem ex optat.

Quot, & quanta fuerint ornamenta vtilia, & decora Antiquioris Palatij ſuo ibi ære conſtructa, oculus teſtetur, non calamus.

Silentio tamen minimè prætereunda eſt Inclyta Bibliotheca; nam ſuis doctrinis ſatis loquuntur tot Librorum Auctores: ac Imaginibus antiquiores, Anteceſſoreſq; Antiſtites.

In Epiſcopalis Menſæ Prædijs Campeſtribus, quinque Ædibus Sancti Petri Villa funditus extructis cum Hortis, Silua, alijſque cuiusuis generis Arboribus innu-

innumeris, Arboratis, Vineis, tam ingeniosè institutis, vt digniorem hanc Vinearum formam, quam Mælibeus in Mantuani Vatis Æglogis ordinauerit, merificè perfecit.

Ædibus demolitis, Plateam aperiri curauit, impensa non medioori, cuius amplitudine præter Vrbis decorem, fanum emicat Diui Siluestri Congregationis Siluestrinorum fundatoris. Fas non erat, quod, qui Ciuis latitabat in Siluis, iam Cælitus absconderetur in Vrbe.

Viam olim angustam, forma fecit augustam; & siquidem non absre, dum penes Augustini Sacellum, tanto Patri hoc debebatur obsequium; eiusdem imò Cœnobium penè funditus reædificatum suo ex ingenio, ita prodijt extructum, vt Alteri Minorum Conuentualium ipsomet excitante, noua fuerint coaceruata Cubicula.

Ecclesiæ, Oratorij, sacrariæque Domus pro Sancti Nicolai Monialibus fabricam à suis Antecessoribus inçeptam proprijs perfecit sumptibus, eleganterq; ornauit.

Venerabilem Sancti Philippi Nerij Congregationem Oratorij eius potissimum solicitudine, Octauianus Guarnerius Vir nobilis A. D. 1660. fundauit, cuius etiam opera Doctrinæ Christianæ Societas prodijt.

Sacras SS. Fundatorum, Propagatorum, ac Religiosorum Ordinum Reformatorum Reliquias, ritè probatas die 25 Februarij 1661. ad augendam Christi fidelium Deuotionem in Sacra Sancti Sebastiani Ecclesia collocari, publicæq; Venerationi exponi, benignè indulsit.

Aram marmoream, in Cathedralis Ecclesiæ Confessione humi existentem, in qua præcipuorum Martyrum Sanctorum Victoris, Philippi, & Coronæ Auximanæ Vrbis Patronorum Corpora sepulchro condita venerationem recipiunt habita prius per D. S. Eminentissimam die 2. Maij 1662. præfatorum Sanctorum Corporum diligenti recognitione, super Altare ad eorumdem Sanctorum honorem erectum die 13. Maij eiusdem Anni reponendam, decentiusque collocandam sedulo curauit.

Deiparæ Virginis Mariæ de Misericordia Templum extra Ciuitatis Mœnia dote etiam attributa construxit, in quo totius Vrbis, aliarumq; finitimarum Ciuitatum plausu, concursu, & accursu, publica indicta supplicatione, Prodigiosam eiusdem Virginis Mariæ Imaginem collocauit.

Monialium Monasterij Sancti Benuenuti Clausuram tutissimè communiuit. Collocutorium, Dormitorium cum officinis nonnullis pari munificentia extruxit.

Cinguli Nobilis Diœcesis oppidi, Veteris Collegiatæ Insignis Ecclesiam in ampliorem, præclarioremq; formam, & locum Sanctissimæ Mariæ Virginis Assumptioni dicatam, solemni Ritu transtulit.

Ecclesias sub tit. Sancti Thomæ Apostoli Terræ Offaneæ, ac Deiparæ Virginis Mariæ Montis Philottrani Parochiales veteri in parte dirutas in elegantiores formas constituit ædificandas.

Auximi duo consecrauit Templa, quorum alterum Parochiale A. D. 1659. die 21. Mensis Septembris sub inuocatione S. Petri ad Vincula PP. Capuccinorum alterum die 18. Septembris 1678. Immaculatæ sem-

per Virgini Mariæ Conceptioni dicatum.

Hæc omnia 22. annorum curriculo cæpit, & confecit fælicitèr.

Reliquum est, vt præter prætiosam suppellectilem, qua suam affluentius ditauit Cathedralem, præclariora erga eiusdem Ecclesiæ serica ornamenta, nitorem, amplitudinem, nouam Tribunam, & Canonicam, quæ alta in eius mente manent, & maiora expectantur facinora luculentius exhibeat; cuius benefitio, vt D. O. M. Eminentia S. diutius seruet, votis omnibus obsecratur.



ELOGIVM SEPVLCHRALE

Eiusdem in suæ Matris decessu.

D. O. M.

D. LVCRETIA PERANTONIA


Vera inter Matronas Lucretia
Lucra Cœli curauit in cœno
Absoluta pubertate Callimacho
Honuphrio Nobili Viro
Vix Nupta
Bina excepta Prole Maria, & Antiocho
Iam Vidua
Iam Deo, qui dedit, emancipauit
Seq; Diuini Numinis tradita nutui, ac continentiæ voto
Annos 17. non excedens D. Siluestrum æmulari studuit
Horarijs addicta precibus,
Indefessis, pietatis ergo, itineribus arreptis
Pia iugiter in omnibus,
In se autem aspera cilicijs, ferreis Zonis,
Ac lethalibus penè inedijs esui carnium
Quam diù benè valuit, Vale dixit
Patientissima eluxit
Dum tribus ferè lustris graues, quos sustulit morbos
Elusit
Demissa Cœlo,
Reddita Cœlo
Septuagenaria Maior non obijt, sed abijt
Die 25. Iunij 1668.


ANTIO-

ANTIOCHVS NOBILIS HONVPHRIÆ PROSAPIÆ POSTREMVS I. V. D.

Proth. Apostolicus, Vicarius Lateranensis, Canonicus Decanus Patritius Auximas, ac Ciuis Romanus.

Trophæum Magis,
Quam sepulchralem hunc dilectissimæ Genitrici
Lapidem
Ante Sacellum DD. Benedicto, & Siluestro dicatum
Dote ab eo, ac SS. Reliquiarum supellectili insignitum,
In quo
Sua pariter post obitum Ossa recondenda consuluit
Summæ Triadis auspicatus obsequium
Exposuit, Dicauit.





AD AVXIMANAM VRBEM.



ILLVSTRISSIMÆ, ac Vetuſtiſſimæ Ciuitati Auximanæ, ad quam magis multorum Corporum Sanctorum; nec non Fundatorum, Propagatorum, ac Religioſorum Ordinum Reformatorum Sacrarum Reliquiarum extat cura, hæc ſcribo. Id elaborandum tibi perſuade, hunc quoq; vt antiquitati tuæ addas ſplendorem; ac illa, quæ Tibi ſunt ab ipſis, & à Deo credita priſcæ Sanctitatis pignora, tutiſſima ſalutis tuæ præſidia, nouo in dies non minus ſtudio quam amore venereris.



Plaudat

Plaudat igitur tota Italia,
Exultet amplius Picenum.
Sed tù magis plaude
Ciuitas Auximana
Fœlix, inquam Vrbs,
Cui
Non Sapphirus, Chrysolitus, Hyacinthus, Smaragdus,
Lapides prætiosi,
Sed
Cœli lumina
Empyrei Sydera
Gemmis ornatam faciunt Coronam.
Et si
Non Vetustissima,
At præclarissima Tua Origine gloriabunda. A 1
Haud post Troiæ
Thebarumq; euersionem, vt aiunt. A 2
Sed ab vsq; Nocmi tempore B
Post tot ætatum Myriadas,
Per ruinas Sæculorum,
Vnde iure optimo
Auximates Populi C
Fœderata D
Socia E
Romanorum Colonia Triumuiralis F
Olim
Pentapolis G 1
Metropolis G 2
Respublica H
Gothorum Imperij Clauis I
Et

Caput

Caput Gentis
A Romanis fueris vocata K
Ne mirere Lector
Hæc sunt, quæ multa dederunt sæcula,
Et nunc
Deuorauit Obliuio.
Nec Potentià:
Auximum namq; Cæsar ingressus
Totum Picenum percurrit, L
Et Pompeius
Annos natus tres, & viginti
Capessens imperium Tribunali in foro Auximi
Geminis fratribus Vintidijs
Carbonis partes asserentibus
E Ciuitate eiectis,
Delectum militum habuit Auximatum
Quorum strenuitate quadraginta dierum spatio
Subiugata Africa, & postea Europa
Magni Cognomento
Acclamatur M
Mirante Orbe Magnam Auximatum
Potentiam
Non
Marmoreis Imperatorum,
Consulum, Tribunorumq; Simulacris
Imaginibus
Machinis
Elogijs
Inscriptionibus
Epitaphijs
Alijsq; id genus Antiquitatis Monumentis

In

In publici Fori parte conſitis N
Siſte Viator
Glorioſa geſta Marmoribus
Sculpta contra vulgi adulationem
Hominumq; ingenia æternum ſiſtunt Nomen
Magnis virtutibus debetur Æternitas.
Et Totila dum turbauit Germaniam
Terruit Italiam, teq; obſidione inuaſit,
Nunquam tuam potuit ſuperare potentiam, O
Quæ fuit ſemper Triumphalis.
Addiſce lector,
Hæc iam perditæ Potentiæ Virgulta,
Nunc fœcunda
Hactenus labentia, & Profana meſſuiſti Auximum,
Sacra nec non duratura ſeres poſt hac.
Etenim
Anno à Partu Virginis circiter 404.
In Cathedralem fuiſti excitata
A Sancto Innocentio Primo Pontifice;
Qui ad te vanis Deorum ſuperſtitionibus addictam
Miſit Leopardum Teutonicum,
Qui prius in Vrbe relicta
Sanctæ Eccleſiæ Agnetis adminiſtratione
Vniuerſis tuis incolis
Ad Ieſu Chriſti cultum adductis
Primus tempore
Tuam Cathedram Epiſcopalem
Accepit
Sacrilegi Iouis Olimpici Templum euertit
Et
Deo Trino, & vni Aram poſuit, ac ſacrauit
C En ipſe

En ipse quòq;
Primus
Impositus est Aris P
Nec immeritò
Tui pro tempore Antistites à suo met Capitulo vsq; ad
Martinum Pontificem Quintum electi de Anno 1417.
Nulli Archiepiscopo Suffraganei,
Sed Sanctæ Sedi Romanæ
Immediatè sunt subiecti. Q
Quia nulli vnquam fuisti subdita.
A Nicolao vtiq; Pontifice Secundo ad te R
Tamquam ad Asylum confugiente
Creatis Auximi sex S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
Quorum duo scil. Gregorius Septimus, & Victor Tertius
Ad Summum Pontificatus Apicem fuerunt euecti S
Præter quam quod Principes Imperij
Comites Aiani T
Seraphici Ordinis Sancti Francisci in Piceni, & Vmbriæ
Prouincijs à SS. Pontificibus, & præsertim à Sisto V.
In Causis controuersiarum
Inter Almæ Domus Lauretanæ,
Protectorem,
Et eiusdem Basilicæ Capitulum
Conseruatores, & Iudices competentes
Magno deputati fuerunt honore. V
At quot fuerunt
Apud Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes
Tuorum Natorum præclara, & Officiosa gesta
Erga Sancti Petri Sedem, & Ecclesiasticam libertatem
Ne Tyranni eam officerent,
Tua semper libertate defendisti.

Tot

Tot ſunt Prærogatiuæ, tot Priuilegia X
Præſertim Cauſas mixtas Ciuiles, & Criminales cum
Poteſtate meri, & mixti Imperij, etiam ad mortem
Cognoſcendi, & liberè decidendi vſq; ad Annum 1566.
Principante, annuente quoq; B. Pio Quinto
Quæ in ducentis,
Et vltra Apoſtolicis continentur Diplomatibus,
Non minori fueris cohoneſtata decore.
Piceni cæteras antecellis Vrbes.
Maiori verumtamen cumulo Y
Grauioribus, ſanctioribus, pijſq; diuitijs augeris
Vndecim nimirum Sanctorum Corporibus
Tot
Sanctorum Fundatorum, Propagatorum,
Ac innumerabilium
Penè Religioſorum Ordinum in Dei Eccleſia
Militantium Reformatorum meritis
Quot
Sacræ Reliquiæ cum ſimulacris, Iconibus, Imaginibus ex
Omni ferè Terrarum Orbe,
Miro non tam ſtudio ab Illuſtriſſimis, ac Præclariſſimis
Viris, nunquam ſatis laudandis Hieronymo, & Octauiano
Aurelij Guarnerij Patritij Auximatis,
Et Iſabellæ de Fregoſis Marchioniſſæ filijs
Qui
Publicæ quoq; ſtudentes Vtilitati,
Bibliothecam Cinam
Ex 1200. ſcutorum annuis redditibus
Perpetuò librorum Augmento dotarunt;
Recollectæ:
Tandem de Anno 1661. die 25. Februarij annuente

Eminentissimo, & Reuerendissimo DD.
ANTONIO BICHIO Episcopo Auximano
Publicæ adorationi in Sacra Sancti Sebastiani Æde
Donec Sacellum Sacrarum Reliquiarum,
Thesaurus, nuncupandum
A Fundamentis fuerit constructum,
Sub Venerabilis Congregationis
Oratorij S. Philippi Nerij
Gubernio,
Quam proprio quoque Ære fundauit idem Octauianus,
Non tam Omine, quam Nomine
Verè Octauianus
In magna, & insigni lipsanotheca asseruãtur, & coluntur
Quæ
Monasticorum Ordinum Religiones,
In naturæ lege adumbratæ,
In Scripta, sub Prophetis,
Quoq; modò incœptæ, ac professæ:
In legeq; Gratiæ sub Christo,
Et Apostolis, cæterisq; Ecclesiæ
Sanctis omninò perfectæ, continuatæ, propagatæ, ac
Multiplicatæ
A secundo nascentis Orbis anno
Ad nostras vsq; tempestates adaugentur.
Vnde
Præter illam Cœlitibus reuerentiam,
Quæ toto Terrarum Orbe præstatur
Speciali, ac propria Veneratione
Auximana Vrbs es recolenda.
Vbi,
Religiosorum tot Sanctorum sacræ asseruantur Reliquię.
Isti

Isti sunt Capilli, qui Ecclesiæ Caput ornant,
Sanctorum Apostolorum quot sunt Reliquiæ,
Tot Vrbium sunt propugnacula;
Scriptum est enim *lib.* 4. *Regum cap.* 19.
Protegam Vrbem hanc, & saluabo eam propter me,
Et propter Dauid seruum meum
Et cuncti Martyres, vt ait Diuus Ambrosius. *Serm.* 77.
Deuotissimè percolendi sunt;
Sed specialiter hi venerandi à nobis,
Quorum Reliquias possidemus
Illi enim nos orationibus adiuuant:
Isti etiam adiuuant Passionibus
Cum his autem nobis familiaritas est:
Semper enim nobiscum sunt
Nobiscum morantur:
Hoc est,
Et in Corpore nos viuentes custodiunt,
Et de Corpore recedentes excipiunt.
Isti sunt Patres, veriq; Pastores,
Qui
Multò melius, multòq; fœlicius te decorarunt,
Quam illi, quorum studio post Diluuium
Mœnium tuorum fundamenta
Locarunt.
Quamuis enim multis adaucta victorijs, Z
Piceni Ius protuleris;
Minus autem est,
Quod Bellicus Pompei, ac Cæsaris labor subdidit;
Quam quod
Tot Sanctorum sacra Pignora præstiterunt.
Plaudat inquam tota Italia,
Exultet



Exultet amplius Picenum
Sed tu magis plaude Ciuitas Auximana,
Tanti dignata doni gratia
Subſiſte fama,
Et
Sacris Monaſticorum Fundatorum,
Propagatorum, & Religioſorum Ordinum
Succumbe Pignoribus
Hoc magnum Orbis Miraculum attolle
Plaude tandem
Viator,
Ecce.
Cœlum cernis in Cœno.
Hos Cœlites pronus adora.

PERVE-



PERVETVSTISSIMÆ

AVXIMATIS VRBIS

Duodequadraginta per sæculorum Ruinas has attende declarationes Studiosissime Lector.


A I.

VNaquæq; Ciuitas peculiari insignitur Prærogatiua, qua aliæ Ciuitates gloriari non possunt. Dicitur enim Ancon Ciuitas Dorica, & Senæ Ciuitas Virginis, & sic de alijs.

Vrbs Auximana sese hac effert Inscriptionis Gloria.

VETVS AVXIMVM.

GVglielmus Extruteuilla Episcopus Ostiensis Cardinalis Rothomagensis S. R. E. Camerarius Antiquitatem totius Æuropæ Francisci Bilibaldi Normandi in lucem redegit, ac de Auximana Ciuitate ità loquitur *in Tomo Secundo*.



AVXIMVM Inclita Vrbs Piceni Vetusta in arduis Montibus sita est, cuius Originem aliqui quàm Vetustissimam ostendere cupientes Auctoritatem sequuti sunt veterum scriptorum LIVII præcipuè *in Libro Secundo* dicentis. OXIMIQ; GALLATIÆ fieri muros cum decreuissent Censores. Ad cuius corroborationem Seruius inquit. CENSORES auxerunt Muros

ros Auximi: sed in antiquis temporibus fuit maxima Piceni Vrbs,vt PLVTARCHVS ostendit in Põpeio, & eius magnitudine hanc PROCOPIVS Vrbẽ *in libro Secundo* Metropolim dicit auctoritate Græci Scriptoris, Picenantium Vrbium Principem vocans, quod litteræ docent cubitales ad portam eius clausam, quæ Aurea dicitur, seu in erecto lapide speciosa. Cum autem Theodoricus Rex Gothorum ex Thracia veniens cum Coniugibus, liberis, cumq; omnibus rebus suis, Gothos mouens tandem in Vrbe Auximi Odouacrum obsedit. Hæc obsidio longius producta est, quàm ipsi Gothi ab initio existimarent, idq; accidit à situ loci, quia neq; à Mari facilitèr Auximum obsidere potuerunt, cum longè sit à littore constitutum post Numanam dirutam; neq; ab orientali Regione, cum fossam habeat ex Pado deriuatam, ac stagnis quibusdam, & paludibus coarctetur. Itaq; Gothi fermè triennio toto circà illam commorati, pactione tandem facta Auximum intrauerunt. Inde auxit ipsam Ostrogotha Gens, cuius Rex Theodoricus Italiæ omnis, Dalmatiæ, Vngariæ, Germaniæ, & partis nõ paruæ Galliarum dominans,annis duobus de quadraginta eamdem incoluit Ciuitatem, & quod constat superbum ædificium dirutum construxit. Post eius Regis Monumentum ab Amalasuntha filia positum extra mœnia Auximi. Martyrio ibi coronati fuerunt Sisinius, Florentius, Diocletius, & Maximus sub Diocletiano Imperatore,sed magnitudo huius Ciuitatis in Commentarijs Cæsaris colligi potest, vbi legitur. Auximo Cæsar progressus omnem Agrum Picenum percurrit, cunctæq; earum Regionum Præ-

fectura libentissimis animis eum recipiunt, Exercitumq; eius omnibus rebus iuuant. Præterea ex antiquis temporibus fuit Romanorum Colonia apud Balbum de Limitibus in veteri Inscriptione: quandoquidèm apud omnes scriptiores ant quos hanc maximam, & celeberrimam Vrbem extitisse constat.

Ioannis Natalis Metellus
Speculum Orbis Terrarum.

AVXIMVM Antiqua est Ciuitas Nobilissima, cum natura sytus fortissimus est. Magnitudine, quàm opportunitate inter primos, ac nominatissimos Orbis terrarum vniuersi potest annumerari; nec ab re vulgari celebratur. Ager circumictus; omnes nitidi colles sunt, Vitibus, Oleis, alijsq; fructiferis arboribus vestiti: infra AVXIMVM amœna sternitur planities, frumenti mira vbertate fertilis. *Titus Liuius lib.* 41. *fol.* 349. OXIMI Puella cum dentibus *fol.* 350. Oximi Muros faciendos locauerunt *P. Anno ab V. C. & lib.* 40. ait. Venditis publicis locis pecuniam, quæ redacta erat tabernis foro circumdandis consumpserunt; *& lib.* 42. *fol.* 354. *Plinius lib.* 1. *cap.* 5. *&* 13. *& lib.* 11. *cap.* 42. AVXIMATES in quinta Italiæ Regione constituit inter populos Mediterraneos.

Marci Antonij Cauij Sabellici Historiarum eius forma est, vt quidam tradunt.

Quernofolio similis, quam Appenninus Mons in hunc modum discernit ab Alpibus, quibus superat Massiliam, vt POLIBIVS ait, iunguntur eius iuga profectam in liguriam exeunt: inde AVXIMVM vsq; processere,

ad Adriaticum se inclinantia in Garganum Montem exeunt.

A 2

De eius Origine, aliquorum scriptorum Opiniones.

GAbinius Latus Romanus Eparchigraphia Italiæ in Piceno de AVXIMO hoc dicit.

AVXIMVM Ciuitas Antiqua, & Nobilis, Picenorum Metropolis in Colle anno 16. post dirutam Troiam à Plasgorum Duce Diocoro AVXIMO condita, vt inquit Septimius Floridus *lib.* 2. de Vrbibus Italiæ. Agri vndequaq; sunt fertilissimi, & amœni; Incolæ verò sunt viri magnanimi, & officiosi, sed superbi, & Acribocidei, qui post ludos interici celebratos sacris Hebeis, more Polloponesio sub Aris Iouem Olimpicum annuatim colunt.

Reuerendissimus Ioannes Baldus Patritius Auximanus Canonicus Pœnitentiarius Sanctæ Auximatis Ecclesię in vita Sanctorum existentium in ea *cap.* 1. editas Anconæ apud Marcum Saluionum *Anno* 1620.

Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Paulus Æmylius Gallus Patritius Auximanus, & Prothonotarius Apostolicus in Compendio Historiæ Ciuitatis AVXIMANÆ relato à Iacobo Lauro Romano in Descriptione Ciuitatum Italiæ edita de Anno 1639. nuncupatur, Eroico splendore di Iacomo Lauri.

Rubeus in Historia Ciuitatis Rauennæ.

B. Sed maiori cum fundamento circa antiquam eiusdem Ciuitatis Originem infrascripta referuntur.

IN Agro Piceno *ait Cato de Originibus*, Ianum, qui fuit Noè in tractu Vmbriæ fundasse Regiam Olympum, fossamq;

fossamque sacrasse, cum Turrena Augustali.

L' Autore dell'Origine de Barbari al libro vnico de Veneti, & dell' origine di Venetia con l'autorità di Beroso Caldeo *nel libro* 5. dell' Antichità
,, (il quale asserisce, come GOMERO
,, GALLO pose le sue Colonie nel Re-
,, gno, che fù poi detto ITALIA * ; &
,, cognominò la Regione, & il Paese dal
,, suo Nome, & insegnò loro la Legge, e
,, la Giustitia) dice, che trà le prime Co-
,, lonie mandate per il mondo dà Noè,
,, GOMERO GALLO venne in ITA-
,, LIA. Questo è quel GOMERO fi-
,, gliuolo di Giafet nominato nel Genesi
,, da Mosè. Si come appresso di me à
,, car. 185.

* Marco Agostino nella seconda età detto Fercatilli, nella parola di scendenti di Iafet *fol.* 23.

Gen. cap. 10.

GOMERO GALLO, che poi edificasse la Città d'OSIMO apertamente si proua da vna CRONICA MANVSCRITTA in carattere Gothico, mà ridotta in Nostrano dà vn Prelato; che fù Vescouo di Nocera dell' Ombria chiamato *Varino Fauorino*, Possessore di molte lettere, e di tre lingue Caldea, Greca, e Latina, & degno di quelle lodi, chè egli dà Angelo Politiano nelle sue lettere; & illustrata dal già *Padre Frà Giouanni Camerte*, persona di molte dottrine, e Professore in specie d'Historia: come l'attestano le dotte annotationi fatte dà lui in L. Ferusalla, in L. Floro, in Solino, & in S. Agostino della Città di Dio, & in molti altri Autori.

La qual CRONICA và annessa *frà l'Historie di Flauio Destero*, scritte nel medesimo Carattere; che fù figliolo

 di S. Pa-

di S. Patiano, e Contemporaneo di S. Girollamo; le cui Historie si trouano nella famosa Libraria Vualdense in Alemagna, & peruenuta nelle mani di due eruditissimi Historici de nostri tempi, cioè *dell' Eccellentissimo Teologo Venanzo Costantij da Camerino, e di D. Claudio Coruini Fulignate*, e parimente riportata *dall' Eruditissimo Signor Angelo Benigni* nell' historie, ch' hà fatto di Camerino sua Patria. E questa opinione, come più germana, viene communemente seguitata.

Tali sono le parole della sudetta CRONICA.

GOMERO GALLO nipote di Noè, & figlio di Iafet cento quarant' vn Anno dopò il Diluuio venne in ITALIA, conducendo seco Crano, e Crana figliuoli similmente di Noè, nati dopò il Diluuio. Approdò

,, alla Foce del Fiume Mosone; sacrificò
,, nel Monte contiguo, à Dio; e dal suo
,, nome si disse poi Monte Gomero, hog-
,, gi detto Monte d'Ancona. Poi edificò
,, la CITTA D' OSIMO nel più emi-
,, nente Colle, e più contiguo à detto
,, Monte. Questo tutto si disse Vmbria
,, Cisappennina. Cato de Origin. Che
,, fù dalla Creatione del Mondo Anni
,, 1798. Dal Diluuio Vniuersale Anni
,, 141. negl' Anni di Noè 741. e dalla sua
,, venuta in Italia Anni 33. Auanti l' edi-
,, ficatione di Gierusalemme Anni 216.
,, Prima dell' Edificatione del Tempio di Salomone
,, Anni 1141. Auanti che nauigasse Enea Troiano
,, dalla Frisia in Italia Anni 999. Prima che nascesse
,, il nostro Redentore Anni 2163. E finalmente pri-

Regnando nel presente Anno 1678. la Santità di N. S. Innocenzo XI. si caua, che Osimo sia stato edificato Anni già passati 3845.

Li Nepoti di Noè s'impatronirno dell'Italia, & diedero la denominatione all' Vmbria, Piceno ò Marca, & altre Prouincie.

Iacobilli nel discorso della Prouincia dell' Vmbria nelle vite de SS. fol. 7.

,, ma

,, ma della fondatione di Roma fatta da Romolo, e
,, Remo Anni mille quattrocento dicisette.

E la supputatione de sopranominati Anni è vniforme à quella fatta dal Lucido nel tempo à punto, che GOMERO GALLO condusse le sue Colonie in Italia; che fù l' Anno della Creatione del Mondo 1798. ed auanti à Christo 2163. si come si ricaua dalla Dichiaratione fatta dal Sansouini *nel libro* 5. dell' Antichità di Beroso nella lettera A. del seguente tenore, che incomincia.

GOMERO GALLO. Costui dopò il Diluuio fù il pri-
,, mo figliolo, che nascesse à Iafet, detto anco Iape-
,, to; e fù detto GALLO per il cognome del Padre:
,, perciò che quella voce GALLO hà diuersi signifi-
,, cati; si come si vede in Zenofonte degl' Equiuoci.
,, Conciosia cosa che nella lingua latina significa il
,, marito della Gallina; nella Greca significa Bian-
,, co, e Candido: nella Frigia s' interpreta Castra-
,, to, sì come erano li Sacerdoti di Cibele, & il Fiu-
,, me Gallo è così detto; perche hauea proprietà,
,, che chi beuea della sua Acqua entraua in grandis-
,, sima frenesia di castrarsi. Nell' Arabica, & nell'
,, Hebrea vuol dire Inondato, ò stato nell' Onde.
,, Onde perciò si dice al Legno armato di Soldato, e
,, di cose da Guerra, e di forma lunga, Galea; cioè
,, inondata, e posta nell' Onde. Costui dunque fù
,, primo, che condusse Colonie in Italia, che fù
,, l'Anno della Creatione del Mondo secondo il Lu-
,, cido 1798. ed auanti à Christo 2163. E regnò
,, 58. Anni.

E con pari fondamento si può credere, che la Città

d'Osimo

d'Osimo sia stata edificata da GOMERO, auualorati da vna Medaglia Antichissima, ritrouata à sorte frà le rouine d'alcuni edifitij antichi nella Contrada di S. Biascio in vn Podere de Signori Capilupi Patritij Osimani, la quale è impressa nella Pianta della medesima Città stampata in Roma l'Anno 1639. da Iacomo Lauri Romano nella Descrittione dell'altre Città d'Italia intitolata Eroico Splendore. E la materia in che fù impressa, dimostra, che non è de tempi de Romani. Dà vna parte di questa Medaglia apparisce il Capo d'vn Giouane con queste lettere GOMER tutto steso. Poi NTIQVS: cioè ANTIQVS. E di questa Parola la Rugine hauea rosa la lettera A. insieme con la particella della Medaglia, doue staua impressa. E la detta Rugine hauea fatta tal presa nella Medaglia, che nulla si poteua discernere; se non dopò molta fatiga. E dall'altra parte l'Arme antica d'Osimo, che fù la Dea Turrita, tratta sù monti à forza de LEONI con le parole AVX. P.

E per l'Interpretatione di essa chiaramente apparisce, che questo Gomero, scolpito nella detta MEDAGLIA indica, che fù Gomero il figliolo Primogenito di Iafet. Perche GOMER ANTIQVS, non può significar altro, ch'il primo GOMERO Nipote di Noè, e figlio di Iafet, & le Parole AVX. P. Auximates Posuerunt.

Prout melius ex eiusdem Nummi Exemplari inspici potest ad maiorem confirmationem hic appositi.

E tutto



E tutto ciò vien approuato *dall' Eruditissimo Signor Angelo Benigni scrittore Insigne, nell' Historre, ch' hà fatto della Città di Camerino sua Patria nel libro primo del Tenore, che segue.*

Aggiungasi finalmente per tornare alla nostra tela, che ,, Comero sia stato il primo Fundatore, e denomi-,, natore della Città di Camerino. L'Argomento ,, tolto dal simile. Poiche passato nel PICENO, ,, dopò hauer edificata la Città d'OSIMO, come at-,, testa la nostra CRONICA manoscritta, e proua ,, la MEDAGLIA ritrouata à nostri tempi frà le ,, ruuine di alcuni edifitij antichi nella Contrada di ,, S. Biascio di essa Città, doue si vede la naturale ,, effigie di esso Comero con lettere si come in essa ,, Medaglia. E nel Rouerscio intorno ad vna fabri-,, ca, che si vede à guisa di ROCCA, con quattro

,, TORRI

,, TORRI negl' angoli, & vn' altra più di tutte l'al-
,, tre PIRAMIDALE nel mezo; la cui pianta è ver-
,, so il Cielo, e le cime delle TORRI verso la Terra,
,, doue sono due LEONI DISCIOLTI, con altre
,, lettere esistenti nel detto Rouerscio.

Passando per mare diede il nome al PROMONTORIO
,, COMERO appresso Ancona. Et edificò in To-
,, scana, ch' all' hora passaua sotto nome di OM-
,, BRIA DE CARRI, la Città di CAMERSA,
,, che fù poi detta CHIVSI; che Liuio chiama CA-
,, MERS; e Polibio asserisce, che i suoi popoli era-
,, no detti CAMERTII DE GL' OMBRI, non per-
,, che essi siano nell' Ombria, mà perche dà gl' Om-
,, bri hebbero l' Origine.

Et quod Mons Gomeri à Gomer fuerit appellatus, qui à suo met nomine Regiones, Coloniasq; in quibus ipse mansit, vt ait supradictus Berosus loco supracitato nominauit; Atq; ad Auximum pertineret, nec non in Numanen. Territorio extiterit; satis constat ex eiusdem Montis publico Donationis Documento, cuius Copia est infrascripta, & Originale in PP. Eremitarum modo Montis Anconæ Eremitę nuncupatur, Monasterij Archiuio seruatur.

Anno Domini 1038. Pontificatus Benedicti anno Octauo, imperante Corrado anno eius 12. & die 8. Mensis Aprilis, in Ciuitate AVXIMI fuit stipulata donatio facta à Comite Vgone filio Comitis Mezzonis, ab Andalusia sua Coniuge, ab Amezone Comite filio Morici, ab Aufredo Comite filio comitis Amezzonis, qui concesserunt, & donarunt Monachis Ecclesiam B. Petri Apostoli cum omnibus terris, suisq; pertinentijs,

nentijs, ſitis, & conſtitutis in Monte Conero AVXIMI, ſito, ac conſtituto in Territorio Numanen. ſicut conſtat ex Inſtrumento, in quo etiam infraſcripta verba ſunt regiſtrata.

Concedimus Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, quæ ſita eſt in fundo Montis Goneri cum ſuis vocabulis, territorio Numanato AVXIMI conſtituto.

Actum AVXIMI ſub die, & Anno ſupradicto Indic. ſupraſcripta ſexta AVXIMI viuit.

Ego Tub. Tabellio de Ciuitate Auximi ſcriptor vniuerſalis cartulæ Decretorum ſicut ſuperius habetur poſt ſcriptionem, & corroborationem teſtium compleui, & abſolui.

Nec refert quod hiſce tempeſtatibus à quibuſdam recentioribus latinis ſcriptoribus PROMONTORIVM AVMERVM corrupto vocabulo nominetur. Quandoquidem *Reuerendiſsimi Domini Saracini olim Anconitanæ Cathedralis Canonici* in Ciuitatis eiuſdem hiſtorica Deſcriptione ingenij acumine fuerit hoc idem excognitum vid.

Che alcuni Moderni ſcrittori latini con vocabolo corrotto l'habbino chiamato Conte Conero. Plinius namq; *lib.* 3. in quinta Regione loquens de huiuſmodi promontorio ait. Intus Nouana, in ora Cluana, Potentia, Numana à Siculis condita, ab ijſdem Colonia Ancona appoſita Promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe ore Cubito, c

Originis Barbarorum Auctor in *lib. vnico* loco ſupracitato, ac Beroſus Antiquitatis *lib.* 5. hoc nomen Gomer cum littera G. ſcribunt. Et alij hiſtoriarum ſcriptores, & præſertim Sanſoinus in ſupracitata Be-

E roſij

rosij annotatione, littera C. vtuntur.

C. Strabo AVXIMVM Vrbs Nobilis Piceni, à quà Aximates Populi, posteà Picentes dicti sunt PLINIVS *lib.* 3. *cap.* 13.

D. Anno 431. ab Vrbe condita Romani pepigerunt fœdus cum Picenis, quorum caput erat AVXIMVM, Procopius *lib.* 2. Gothorum Auximus omnium ex his oris maxima est Vrbs. Vrbs hæc AVXIMVS princeps est Vrbium Piceni.

E. Et postea de Anno 441 societatem inierunt cum Auximo. Titus Liuius, Strabo vt supra citati, & relati ab eodem Paulo Æmylio Gallo.

F. Colonia Triumuiralis Romanorum erecta fuit à Romanis Anno ab Vrbe condita 594. Carolus Sigonius de Antiquo Iure Italiæ *cap.* 5. in fine, & teste Velleio Paterculo Anno 597. existentibus Consulibus Sexto Iulio Cæsare, & L. Aurelio Oreste, & 155. Annis ante Domini Nostri Iesu Christi salutiferam Incarnationem. Velleius Paterculus in primo libro historiarum relato à D. Ioanne Baldo in Descriptione Ciuitatis AVXIMI *fol.* 5. & à D. ÆMILIO GALLO in supracitato Compendio *fol.* 7. & expresse patet ex Base existente in foro publico Auximi dedicata Caio Oppio in tertio versiculo, idest *P. R. I. D. AVX.* 7. *LEG. IIII.* hoc est Prætori Iuris Dicundi Auximi Centurioni legionis Quartæ, prout ponderauit Ioannes Rosinus Turingus *lib.* 10. *cap.* 24. Et Magistratus Triumuiralis non nisi Romæ, AVXIMI, & tempore Pacis in Sycilia residebat.

Et habuerit Prætorem cum Iurisdictione præsidendi alijs Colonijs, Municipijs, & cæteris Prouinciæ locis, probatur

batur ex Base existente in Publico Foro AVXIMI M. Oppio dicata in Versiculo 7. idest.

Col. Aux, & Col. Æsis
Et Munic. Numanat.
Ordo, & Plebs Treiens.
Patrono Municipi.

MAlphonsus Ciaconius Historiæ Romanorum Pontificum, ac S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium *tom.* 1. in Vita Nicolai II. Pontificis *A. D.* 1059. Pontificatus Anno primo Pridie Nonas Martij Sabato quatuor temporum Quadragesimæ AVXIMI in Piceno Nicolaus Pontifex II. sequentes Cardinales creauit, qui fuere Præsbyteri Cardinales quatuor ideſt.

D. Dauferius Beneuentanus Samnis, Monachus, & electus Abbas Cassinas.

D. Hildebrandus Soanensis Tuscus Monachus, & olim Prior Cluniacensis.

D. Landulphus Presbyter Cardinalis, &c.

D. Ioannes Presbyter Cardinales, &c.

Diaconi Cardinales Duo.

D. Oderisius ex Comitibus Marsorum Oderisij Comitis Filius Campanus Monachus Cassinas.

D. Bernardus Diaconus Cardinalis.

Idem Nicolaus in Picenum profectus est, & AVXIMI cum Abbate Cassinate, tam diù mansit, quoad Romæ res ab Hildebrando componerentur. Idem Ciaconius *fol.* 394. & 395.

Gregorius VII. qui vocabatur Hildebrandus ad Pontificatus Apicem euectus fuit *A. D.* 1075. Idem Ciaconius *fol.* 410.

Et Victor Tertius qui vocabatur Desiderius, in sæculo verò Dauferius, & Petri ascendit sedem *A. D.* 1086. *fol.* 426.

Et Eminentissimus Baronius Anno *XI.* 1079. refert vt infra.

Mandat

Mandat Nicolaus Papa ad Monasterium D. Abbati Desiderio in Picenum sibi proficiscenti quam primum occurrat, vt proximo Martij Ieiunio, & Presbyteri gradum, & Cardinalis pariter officium sumat, Dominica igitur Quadragesima paratis omnibus necessarijs Desiderius iter arripiens apud Iarfense Monasterium Apostolico se coniunxit; à quo amicissimè, honorificèq; susceptus AVXIMVM simul cum eo profectus est; ibi secundo Quadragesimæ Sabbato idem pridie Nonas Martij Cardinalis Presbyter ab ipso ordinatus, sequenti Dominica quoq; consecratus est, Priuilegiumq; amplum satis, & honorificum de suorum consuetudine Prædecessorum consequutus est. Prætereà de Cardinalatus ipsius Dignitate, & SS. Patri Benedicti honorificentia per totam Campaniam, & Principatum Apuliæ quoq; atq; Calabriam vicem suam ille idem Apostolicus plena auctoritate commisit.

S

PRÆTER QVAMQVOD PRINCIPES IMPERII.

Idem D. Paulus Æmylius *loco supra citato*.

NEl Territorio d'Osimo si solean fare delle Diete Imperiali, e ve n'è memoria di due fatte in vn luogo detto VACCARO, lontano dalla Città di presente poco più d'vn miglio: vna à tempo dell'Imperadore Enrico primo nell'Anno 1012. doue interuennero due Vicarij Imperiali, e molti Prencipi, trà quali Gillerio Vescouo d'Osimo, che douea esser

Pren-

Prencipe dell'Imperio, ed vn'altra no fù fatta nel 1214. da Aldobrandino Estense Marchese della Marca Maranca Vicario dell'Imperatore Ottone, nelle quali si risolueano molte differenze de Signori, e Prencipi d'Italia.

Il Rosſi nell'Historia di Rauenna riferiſce eſſer ſtata fatta vn'altra Dieta nel 1037.

Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Gaſpar Zacchius Volteranus Epiſcopus Auximanus in Inſcriptione Sanctæ Eccleſiæ Auximatis facto de Anno 1461. quæ approbata fuit ab Eminentiſs. Baronio in adnotationibus ad Martyrologium die 22. Martij AVXIMI in Piceno S. Benuenuti Epiſcopi littera I. De eo Tabulæ Eccleſiæ Auximanæ, quas inde allatas vidimus.

Et Ferrarius in Catalogo SS. die VII. Nouembris.

AVXIMI in Piceno S. Leopardi Primi eiuſdem Ciuitatis Epiſcopi &c. cuius acta manuſcripta ab ea Eccleſia accepimus. Quę deſcriptio eſt infraſcrip. omiſſis alijs.

Comitatus Vallis Campanæ Epiſcopus, & Capitulum poteſtatem habent ex Teſtamento Nicolai Capocij Romani Epiſcopi Tuſculani Cardinalis Conditoris Domus Scholarium S. Gregorij Papæ Doctoris, & Confeſſoris Ciuitatis Peruſiæ tenendi ſedulo in ea Domo Scolarem vnum, vel ex Ciuitate, vel ex Diœceſi Studentem in Iure Pontificio.

T Comitatus Vallis Campanæ, vel vt quidam dicunt Aiani prope Oppidum Monticolum ad duo millia paſſuum, Iuris eſt Epiſcopatus: Nunc non eſt ibi Populus, nec vlla apparent Murorum veſtigia, & Prædia partim ſunt Comunitatis Monticulanæ, partim priuatarum perſonarum &c.

Fertur

Fertur tamen Andreas Secundus à Nobis Prædecessor creasse in Comitem quemdam Antonellum fratrem suum, & quædam Prædia Iuris Comitatus eidem contulisse.

V Episcopus Auximanus pro tempore est Conseruator à Sede Apostolica Deputatus omnium Fratrum Ordinis Minorum in Prouincia Marchiæ.

X TOT SVNT PRÆROGATIVÆ, ET PRIVILEGIA.

D. Paulus Æmylius in suo Compendio quinquaginta, & vltra refert Bullas cum aliquibus Summorum Pontificum Diplomatibus, & præsertim Alexandri Quarti sub Datum Vrbis Veteris Quatto: Nonas Septembris 1264. Pontificatus Anno Secundo. Eugenij Quarti sub Datum Romæ decimosexto Kalendas Decembris 1443. Anno Tertio, & Decimotertio Gregorij Vndecimi sub Datum Ananiæ Idibus Octobris Pontificatus Anno Septimo. *A. D.* 1371. Vrbani, Datum Auinione Secundo Kalendas Decembris 1262. Indictione Quinta Pontificatus Vrbani Quarti Anno Secundo. Et Datum Vrbeueteris Quarto Nonas Maij Pontificatus Anno Secundo.

Et B. Pij Quinti sub Datum Romæ sub Annulo Piscatoris A. D. 1566. Pontificatus Anno Sexto, quorum tres Ciuitati Auximanæ merum, & mixtum Imperium vsq; ad mortem, liberumq; in toto Ecclesiæ statu commercium cum omnimoda Pedagiorum Exemptione, & infrascripta Castra restituerunt, videlicet.

Staphili Castrum; Montis S. Mariæ in Cassaro, Montis Fani,

Fani, Pignani, Offaneæ, Arcionis, Tomazzani, Storcij, S. Angeli cum Villis: Cerlongij, Sancti Faustini. Cassanoli, Corquæ, & Montis Zari existentia in Territorio AVXIMI &c. ob AVXIMANÆ Ciuitatis ab Hostibus Rebellibus, Tirannis, & Sanctæ Ecclesiæ Inimicis comminutam Potentiam.

MAIORI CVMVLO.

Prima Inuentio Corporum SS. Victoris, & Coronæ. A. D. 1093. sedente Vrbano Secundo, & Episcopo Senile existente.

Secunda Inuentio die prima Iunij 1432.

Tertia Inuentio die 13. Maij 1662. Principante Alexandro VII. & Ecclesiam Auximanam regente Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Antonio Bichio.

Inuentiò Prima S. Leopardi cōtemporanei S. Martyni Episco.

EX Catalogo Sanctorum in Auximatis Ecclesię Sacraria Domo existētium habentur infrascripta.

Etenim in eius confessione requiescunt in Pace, Corpora integra Sanctorum Victoris, & Coronæ Martyrum ipsius Ciuitatis Insignium Præsidum, Sanctorum Leopardi, Vitaliani, & Benuenuti eiusdem S. Ecclesiæ Antistitum: Sanctorum Florentij, Sisinij, Diocletij Maximi, & Philippi Martyrum, ex quibus tres Priores ad Ciuitatis mœnia sub Diocletiano Coronas triumphales proprio Sanguine meruerunt.

Insignium tandem Reliquiarum, quæ honorificè in ea asseruantur refulgent. Pars Sanctissimæ Crucis, & Dominicæ Coronæ Spineæ Sacro Christi Cruore intincta. Duo Vascula Vitrea Sanguinis ex duabus Imaginibus Domini Nostri Iesu Christi de Cruce Pendentis in eademmet Ciuitate desfluxi: Pars Inte-

pi Turonensis fuit A. D. 700. die 7. Nouemb. Pontifice Sergio Primo.

Reinuētio fuit A. D. 1296. mense Iulij, Sedente Bonifacio Octauo, & Auximate Ioanne; obijt A. D. 449.

S. Vitaliani inuētum fuit Corpus sub Ioanne Grimaldesco tertio Præsule A. D. 1390. die 16. Iunij. Anno D. 750.

tulæ Domini Nostri Iesu Christi, & Veli, in quo inuolutum fuit eius Sanctissimum Corpus in Sepulcro, Pars Veli Beatæ Mariæ semper Virginis cum Capillis eiusdem: Ossa, ac Vestis Beati Petri Apostoli. Digiti S. Pauli Apostoli, Sancti Andreæ, Sanctorum Philippi, Iacobi, & Matthæi Apostolorum: Integrum Os Radij Inferioris Brachij S. Bartholomæi Apostoli: Maxilla Dextera cum Dente S. Theclæ; Caput S. Victoris Martyris. Decem paruula Ossa Sanctorum Martyrum Innocentium; & diuersæ aliæ septem, & septuaginta Sanctorum Reliquiæ.

Et in Ecclesia S. Siluestri Grozzolini Patritij Auximatis, & de Anno 1225. Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Canonici, Congregationisq; Siluestrinæ, sub Regula S. Benedicti de Anno 1232. Fundatoris. Os Integrum Colli, idest vna ex Vertebris primæ, vel secundæ Coniunctionis in Simulacro Argenteo valoris circiter Scutorum quadringentorum honorificè asseruatur.

Supradictus Ioannes Baldus in Vita eorumdem Sanctorum, & Dominus Æmilius Gallus loco supracitato hæc refert.

La Chiesa del Vescouato è assai antica, tutta fatta de lapidibus quadratis candidis posta in luogo alto, si salisce per andare ad vn quinto di detta Chiesa con trè scale di venti scalini l'vna di Base, come s'è detto di sopra segate, dou'è vn bellissimo Pauimento di

finissi-

finissime Pietre fatte à Mosaicò. Qual parte di Chiesa cinquant'anni sono era diuisa dall'altra con vn Riparo de gl'istessi Marmi Parij, grossi vn palmo con Colonne dell'istessa materia dalle bande scannellate, e con vna Porticella in mezzo, e dentro di quella era vn Altare senza Quadro, dietro del quale staua il Vescouo con il Capitolo, e Clero, e dalle bande, & auanti il Popolo, detta à quel tempo il Sancta Sanctorum, e sotto quella parte di Chiesa vi è vna Chiesa di trè nauate con cinque Altari, sotto i quali sono cinque Casse di Marmo fino, dentro esse si trouano collocati vndici Corpi de Santi, come si hà dalla Bolla d'Innocenzo Ottauo. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ Septimo Kalendas Martij Anno Quinto, che sono li Corpi de SS. VITTORE, CORONA, Filippo, Fiorenzo, Sisinio, Diocletiano, Massimo Martiri. Leopardo, Vitaliano, Benuenuto, ed il Beato Giouanni Confessori, e Pontefici Vescoui d'Osimo, e tanto le Muraglie, come le Volte, Colonne, e Pauimento sono de lapidibus quadratis, candidis, e per andarui sono due scale di venti scalini, l'vna detta Confessione, essendo la Chiesa di molte altre Sante Reliquie arricchita, &c.

Acta Sanctorum Ioannis Bolandi Godefridè, Henschenij, & Danielis Papebrochij Societatis Iesu Mensis Martij die 22. in Vita S. Benuenuti.

Eminentissimus Baronius ad Annum Christi 1096. inquit de Sancto Bonfilio Auximate, cuius sacrę Reliquię in Ecclesia S. Siluestri asseruantur.

Nec reticendus est Bonfilius Auximanus Sanctissimus Fulginij apud Vmbriam Episcopus, qui, & alios non-

nullos suæ Diœcesis sacros ministros secum duxit. Refert Frater Lucas Vuadingus Minor Osseruant. *Vol.* 2. *C. D.* Diuum Franciscum de Anno 1215. in Foro AVXIMI concionem habuisse, ex qua triginta compuncti Iuuenes Auximates fluidis sæculi rebus relictis Seraphyci concionatoris habitum suscepere.

Z PICENI IVS PROTVLERIS.

D. Æmylius Gallus.

SE bene prima del 1377. la Curia Generale della Prouincia della Marca risiedeua, come più pareua alli Legati, ò Rettori, li quali risiederono anco in OSIMO, come si proua da più Sentenze di Giuditij dati in più diuersi tempi; nondimeno quando non vi risiedeuano: gl' Osimani veniuano esentati di quattro in quattr' Anni di non mandare ogni Mese alla Curia Generale, e Presidato di Camerino il Sindico, & il Baliuo à riferire i maleficij, come l' altre Città della Prouincia erano tenute fare, vedendosene di questo nella Cancellaria della Città vn Breue di Gregorio Vndecimo. Datum Bononiæ Sexto Idus Septembris Pontificatus Anno Primo. E per prima vna lettera in carta Pergamena con il Sigillo Pendente d'Angelo Vescouo d'Albano, ch' era Vicario Generale d'alcune Prouincie della Chiesa, ordinando di più, che della Curia Generale della Marca non si potesse leuar causa alcuna da OSIMO, ne tirare, ne stringere gl' Osimani d'andare à quella Curia. Ed vn altra simil lettera di Guglielmo del Tit. di S. Angelo Cardinal Diacono, e Vicario Generale della Sede

Aposto-

Apostolica: anzi Gregorio Vndecimo dentro l'vltimo termine concesso da lui nella detta essentione, aggiungendo gratia, à gratie, comanda al Rettore Generale della Marca, e Presidato di Camerino, che douesse per l'auuenire risiedere continuamente in OSIMO, come si hà dal suo Breue. Datum Romæ Sextodecimo Kal. Maij 1377. Anno Pontificatus sui septimo; il quale fùbito fù eseguito, si come apparisce da molte cose, ed in particolare da vna Sentenza data in OSIMO nel maggior Palazzo del Vescouato: nella solita Camera del Rettor Generale della Marca da Pietro Arciuescouo Hispalense Rettore Generale, e Giudice della Prouincia.

Et Innocenzo VIII. con vn suo Breue del 1485. ordina, e comanda, che da gl'Offitiali d'OSIMO s'osseruino ad vnguem li Statuti, e le Riformationi della Città d'OSIMO sotto pena di mille Ducati d'Oro, si come ancora confirmò i Priuilegij concessi alla Città da molti Pontefici, che furno Nicolò V. del 1448. Martino V. del 1425. Paolo II. del 1463. nel detto Breue sopracitato, e spedito con l'Anello del piscatore l'Anno Primo del suo Pontificato.

E se bene la Città perdè per la Ribellione di Boccalino li suoi Castelli, e Prerogatiue, nondimeno Papa Innocenzo VIII. che discacciò il Tiranno, perche la Città non concorse con quello, nondimeno si compiacque in riguardo di tanta fedeltà de Cittadini di non priuar la Città di molte prerogatiue, che godeua prima, le quali non godono hoggi molte Città maggiori, ancorche sotto di loro habbino più Terre, & Castelli. Li Potestà, che Gouernatori son chiamati

al pre-

al presente son tenuti auanti al Magistrato di giurare nell' ingresso de loro Offitij d'osseruare ad vnguem li Statuti, e le Riformationi della Città sotto pena di 1000. scudi d'Oro. Ne possono interuenire, ne esser presenti ne Consegli, e publiche adunanze. E concesso alla Città di porre il prezzo à Grano, Vino, Olio, ed altre grascie per tutto l'Anno senza confirmatione di Superiore alcuno. Può succedere ne beni di quelli, che moiono senza heredi; quale successione de Iure è riseruata al Pontefice, ed altri Prencipi. Hà la metà de Maleficij, che prima gl'hauea tutti. Si pone da essa vn Giudice de danni dati, e le pene sono della Comunità.

Pio Secondo nel 1459. concedè à gl' Osimani, che non si potessero ammettere Cittadini al Conseglio d'Osimo, se prima non veniuano aggregati dall' istesso Conseglio, il che fù confirmato da Paolo Secondo sub Datum Romæ 1467. Da Clemente VII. sub Datum Romæ 1526.

Ferrarius in Catalogo Sanctorum die septima Februarij AVXIMVM, cuius memoria Cæsar *lib.* 1. Belli Ciu. Plinius *lib.* 3. *cap.* 13. Ptolom. *lib.* 3. *cap.* 1. & alij C. E. Est antiq; Piceni loco edito in Colle inter Anconam, & Æsium sita ad decem millia Passuum ab Ancona in Via, quæ Lauretum, & Romam ducit occurrens, OSIMO vulgò appellata.



MONI-

& MONIMENTA NON NVLLA EX ASCETICIS, AC RECENTIBVS AVCTORIBVS CIRCA AVXIMANTIVM GESTA EXCERPTA.

OSIMO di che, e da chi fù adornato. Vincenzo Borghino ne discorsi *parte prima* *cap.* 156. Condotta Colonia. Il medesimo al *cap.* 69. l'Anno di Roma 580. Quinto Flauio Flacco, e Postumio Albino fecero à Pesaro, à Osimo, & altro, Tempij, Aquedotti, e Vie.

Andrea, e Lipaccio Guzzolini ritornano in OSIMO cacciandone le genti del Marchese Gio: Villano l'Anno 1317. *cap.* 398.

OSIMO, Racanati, ed Vrbino si danno alla Chiesa nel 1322. Manente *lib.* 1. *cap.* 209.

OSIMO combattuto alli 10. di Maggio 1325. Il Marchese della Marca sconfitto con morte di quelli della Chiesa. Gio: Villano *cap.* 440. *num.* 1325.

Anconitani rotti da gl' Esini, & Osimani. Manente *lib.* 1. *cap.* 185.

Fermo danneggiato, ed arso da gl' Osimani. Gio: Villano *cap.* 460. alli 26. Marzo 1326.

Fermo s'accordò con la Chiesa l'Anno 1326. con gran feste.

Osimani con altri Ghibellini della Marca entrorno in Fermo, e fecero grandissimi danni non amando la Pace. Manente *Vol.* 1. *cap.* 217.

Manente nel sudetto Anno 1322. *lib.* 1. *car.* 209. riferisce, che li Ghelfi di Fano, con l'aiuto di Malatesta da Rimini, cacciassero da Fano la parte Ghibellina, e des-

e dessero la Città al Marchese per la Chiesa, e gl' Osimani si leuassero contro di loro Rettori, e si rendessero alla Chiesa nel medesimo tempo, che Vrbino le si rese, e Racanati fù distrutto, ed abbrugiato per commissione del Marchese Capitano per il Papa.

Piero Boninsegna c. 580. OSIMO predato da Soldati della Chiesa per non esser pagati nel 1386.

Antonio Honofrio nel suo Poema narra la Rotta data da Boccolino à gl' Anconitani *, sedendo Sisto Quarto l' Anno 1477. à di 28. di Giugno Festa di S. Leone Papa Secondo; essendo egli stata vno de Capitani dell' Esercito Osimano; si come attesta nel medemo Poema in quelle Parole. Vidi ego confertas acies infesto Marte meorum.

Anconis Pedites acie cecidisse ducentos, Atq; manus centum vinctas post terga dedisse.

Gio: Villano nel *libro Ottauo c. 93.* Che gl' Osimani con l'Esini sotto 'l commando del Conte Guido da Monte Feltro nel 1309. del Mese di Giugno sconfissero gl' Anconitani al numero di 5000. Pedoni, e à Cauallo restando d'essi Anconitani morti 600. e altretanti messi in fuga secondo l' historia del detto Antonio Honofrij nel luogo sopracitato * OSIMO danneggia la Città di Fermo à di 26. di Marzo 1326. Gio: Villano *car.* 460. non citato di sopra.

* Tempus adest annis vix nonaginta per actis. Cum bello ex vestris diuini apud arua Philippi. Sexcenti cecidere viri, totidemq; fugati.

Gl' Anconitani, Osimani, e Fermani si diedero alla Chiesa Platina in Adriano Primo l'Anno 1375.

Antonio Grosseto Giesuita nelle lettere scelte, com' Innocentio Terzo nell'Anno 1203. prese

sotto

sotto la Protettione di S. Pietro Osimo, Bologna, & Imola con l'esempio di Lutio Terzo Pontefice.

C HISTORICI AVXIMANÆ CIVITATIS ACTA RECENSENTES SVNT INFRASCRIPTI. VIDELICET.

Titus Liuius, *lib.* 41. *fol.* 349.
Oximi Puella cum dentibus, & *fol.* 350. Oximi Muros faciendos locauerunt primo Anno ab Vrbe condita, *lib.* 42. *fol.* 354.
Plinius, *lib.* 1. *cap.* 5. & 13. & *lib.* 11. *cap.* 42.
Plutarcus in Pompeio.
Caius Iulius Cæsar, *Libro. Primo* de Bello Ciuili.
Procopius, *lib.* 2.
Strabon.
Velleius Paterculus.
Bullarium Innocentij VIII. *fol.* 123. & 127. *de Tax. Const. Arc.*
Hieronymus Roscius, *lib.* 8. *fol.* 535.
Giuliano Saracini Canonico Decano.
Notitie Historiche della Città d'Ancona.
Cipriano Manente, *lib.* 1. *c.* 209.
Corio. *c.* 330.
Giouanni Magno, *lib.* 12. *c.* 12. vsq; ad 17.
Italia Trauagliata, *c.* 207. & 176.
Gio: Rossino Toringo, *lib.* 10. *cap.* 24.
Honofrio Panuino, *fol.* 68.
M. Alphonsus Ciaconius in Vitis *Pontif.* & *Card.*
Carolus Sygonius de Antiquo Iure Italiæ, *lib.* 2. *fol.* 85. *cap.* 5.
Frà Luigi Contarini, *c.* 134.
Monarchia de Prencipi, *c.* 207.
Boccaccio nell' Aggiunta, *c.* 652.
Fabio ammirato, *c.* 212.
Gio: Magno Arciuescouo

Vnsalense Goto nelle Guerre de Goti, *c.* 161. *lib.* 2.

Rosſignano, *c.* 85.

Eroico splendore di Iacomo Lauri Romano Stãpato l'Anno 1639. in Roma con la pianta, & Descrittione della Città d'Osimo, cauata dalla sua historia da Monsignor Illustrissimo Paolo Emilio Gallo.

Pietro Boninsegna, *c.* 580.

Gio: Villano, *lib.* 8. *cap.* 93. *lib.* 9. *c.* 140.

Girollamo Rossi, *lib.* 6. *fol.* 535. 540 *lib.* 5. *fol.* 280. 369. 371. 401. 402. *e* 423.

Appianus Alexandrinus.

Tarcagnotta *par.* 2. *lib.* 7.

Francesco Serdonati nell' aggiunta à casi del Boccaccio, *c.* 652.

Gio: Bonifatio Cronica di Treuiso, *c.* 61. & 67.

Ridolfo Tossignano, *c.* 85.

Vincenzo Borghino, *par.* 1. *c.* 256.

Bernardinus Abbas Baldus Vrbinas Regione Abbate Prumiense, *lib.* 1. Croniche di Germania.

Il Biondo.

Raffaelle Volterrano, *c.* 207.

Paolo Gio: dell'Elogij de gl'Huomini Illustri, *lib.* 4. *c.* 167.

Pandolfo Colenucci historie di Napoli, *lib.* 4. *c.* 89.

Pamphilius in suo Piceno optimos habere Cytharedos, & Musicos.

Antonius Honofrius Patritius Auximanus de Fede, & conflictu Anconitanorũ, & Aximatum in suo Poemate de Anno 1477. 28. Iunij Sixto IV. PP. M.

Platina in Adriano Primo Anno 755.

Antonio Graffetto Giesuita nelle lettere scelte.

Frà Leandro Alberto nell' historia, *c.* 223.

Philippus Cluuorius de Anti-

Antiquitate Italiæ, & Sycıliæ.
Marci Antonij Coccij Sabellici Historiæ.
Ioannes Natales Metellus. Speculũ Orbis Terrarũ.
Dominici Marij Nigri.
Geografia Vniuersale.
Delitiæ Italicæ.
Abrahami Ortelij.
Vghelli Italia Sacra.
Præclari Viri Francisci Priuli Veneti Historiæ.
Guglielmus Estonteuilla Cardinalium Rothomagensis.
La vera Interpretatione delle lettere, che stanno nell'antichissime Base, che al presente si trouano nella Città d'Osimo fatta dall' Illustrissimo Signor Gio:Francesco Gallo, Stampata in Ancona appresso Marco Saluioni l'An. 1615. con vna descrittione di essa Città del Sig. Hercole suo figliolo.
Olaus Magnus.
Ferrarius Catalogo Nouo SS. die 7. Nouēb. *fol.* 435.
Ioannes Bollandus Acta Sanctorum Mensis Martij die duodecima in Vita S. Benuenuti Episcopi Auximani.
Gabinius Lætus Romanns.
La Regia Picena di Pompeo Compagnoni da Macerata.
Petrus Appianus de Antiquitatibus.
Publij Vellij Paterculi.
Paulus Iouius.
Plinius Secundus.
Boterus.
Francisc. Adamus *Hist. Fir.*
Gritius *Hist. Æsinat.*
Landus *Ferret. Hist. Anconit.*
Angelus Benignus *Histor. Camerinen.*
Procopius S. Leonardi Aretini.
Gio:Baldi da Osimo Canonico Pœnitentiero nelle Vite degl'Incliti Martiri Vittore, e Corona di S. Leopardo Vescouo, e d'altri SS. che son sepolti nella Chiesa Catedrale.

Hanc tandem Sanctissimi Pontificis Eugenij Quarti Constitutionem Dilectissimæ dicentem Patriæ meæ veritatis encomia; Indicantem AVXIMI Elogia perlege, hilariq; fronte excipe Benigne Lector pro Omnium Prærogatiuarum. Coronide.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

AVXIMI CIVITATI.



OMANA Mater Ecclesia, quæ visceribus Pietatis exuberans, & circa statum solerter inuigilans subditorum, se illis in fauore munificam, & in gratijs exhibet liberalem: Præclara Ciuitatis Auximanæ merita diligenter attendens, & sedula consideratione discutiens, dignè circa ipsam specialis Zelo dilectionis afficitur, dignè illam prosequitur intima charitate, sincerisq; amplectitur brachijs ad statum eius felicem, & prosperum vigilantibus studijs intendendo. Hæc est enim Ciuitas, quæ filios benedictionis, & gratiæ generat, quæ gratitudinis, & obedientiæ producit alumnos, & in qua semper erga Ecclesiam supradictam fides, constantia viguit, claruit deuotionis integritas, splenduit reuerentiæ plenitudo. Hæc est profectò Columna fidelitatis immobilis super firmam Petram fidei constituta, quæ nullatenus

tenus, etiam proximis Bellorum turbinibus concuti potuit. Hæc est Ciuitas, quæ ipsi Ecclesiæ viriliter, & constanter in necessitatibus adstitit, personarum pericula, damna rerum, & laborum onera non euitans, cuius prompto, & potenti auxilio plerasq; terras sibi subiectas regit, dirigitq; ipsarum compescit excessus, ausus temerarios reprimit, illicitos motus frenat. Ideòq; ipsius Ecclesiæ gratiosa benignitas meritò ad eamdem Ciuitatem beneuolum extendit intuitum, & de statu eius sollicita redditur, vt subductis ab ea noxijs, ac subsequentibus prosperis in Pacis pulchritudine sedeat, & in requie opulenta quiescat.

Hinc est quod Nos Ciuitatem ipsam sincerissimè diligentes, ac considerantes damna, dispendia, expensas, ac labores, plurimaq; illius dilecti filij Comunitas, & Ciues, nec non incolæ, & habitatores nouissimè in tantis bellorum turbinibus, & discriminibus perpessi fuerunt, ac propterea ipsos Comunitatem, Ciues, Incolas, & habitatores, vt eos firmius in fidelitate, ac nostra, & dictæ Ecclesiæ Obedientia persistant, quo se maioribus fauoribus, & gratijs per Nos, & Sedem Apostolicam munitos fore conspexerint, condignis fauoribus, & gratijs attollere cupientes motu proprio, non ad Comunitatis, Ciuium, Incolarum, & Habitatorum prædictorum, vel alicuius eorum, seu alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra certa scientia Auctoritate Apostolica tenore præsentium dictam Ciuitatem, eiusq; Districtum, ac Comunitatum cum Montis Fani, quod tenent, & possident, ac omnibus, & singulis

singulis alijs Castris, Terris, Villis, & locis infra eorumdem districtum, & Comitatum consistentibus, nec non Comunitatem, & Ciues, ac Terrarum, Castrorum, Villarum, & Locorum huiusmodi Vniuersitates, & illorum, ac prædictos Incolas, & habitatores quoscumq; cum omnibus eorum Iuribus, pertinentijs, rebus, & bonis mobilibus, ac immobilibus ad eos in præsentiarum, & in futurum quomodolibet pertinentibus ab omni Iurisdictione, Dominio, & Potestate dilecti filij Nobilis Viri Francisci Sforziæ de Attendolis, & quorumcumq; aliorum Marchionum Prouinciæ Marchiæ nostræ Anconitanæ pro tempore existentium, ac quorumlibet aliorum præfatam Prouinciam à nobis, vel Sede prædicta sub quouis nomine, seu titulo quomodolibet tenentium, eorumq; officialium pœnitùs, & omninò eximimus, ac totaliter liberamus, nec non sub Beati Petri, & Sedis eiusdem specialibus protectione, regimine, & gubernatione suscipimus, atq; nostris. Decernentes ipsos dictæ Sedi, illiusq; Regimini, & Gubernationi immediatè subiacere, ità quod Franciscus Sforzia, & Marchiones, ac alij præfati, etiam in quibuscumq; Causis Ciuilibus, & Criminalibus, seu mixtis, & ratione debiti contractus, aut rei, de qua agitur, vbicumq; committitur delictum, iniatur contractus, vel res ipsa consistat, nec non ratione exactionis, seu non solutionis talearum, censuum, fructuum, vel aliorum quorumcumq; Francisco Sforzię, Marchionibus, & alijs prædictis quomodolibet debitorũ nullam in Ciuitatem, Districtum, Comitatum, Castra, Terras, Villas, loca, Communitatem, Vniuersitates, Ciues,

Incolas,

Incolas, Habitatores, Res, & Bona sub quibuscumq; Inuestituris, & alijs concessionibus sub Marchionatus, vel cuiuslibet alterius tituli, nomine eidem Francisco Sforziæ, & quibusuis alijs personis cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint sub quibusuis verborum formis, & clausulis, etiam motu proprio, & ex certa scientia per Nos, vel Sedem prædictam concessis, seù imposterum concedendis nullatenùs compræhendi, nisi in illis specificè, & determinatè, ac de verbo ad verbum præsentium litterarum, ipsarumq; datæ mentio facta fuerit, ac ex nunc irrita, & inania quoscumq; processus, Sententias, & quicquid tam in Iudicio, quam extra per Franciscum Sforziam Comites, & alios prædictos contra præmissa, vel aliquid præmissorum fieri, seu quomodolibet attentari contigerit. Præterea omnia, & singula super audiendis Ciuilibus, & Criminalibus, seu mixtis Causis in primis, & secundis Instantijs, nec non quæcumq; alia Statuta, & Ordinamenta, seu Ordinationes dictæ Ciuitatis hactenus edita, & facta, quorum omnium quæcumq;, quorumcumq; & qualiacumq; fuerint tenoris de verbo ad verbum haberi volumus pro insertis, dummodò Ecclesiasticæ libertati non obuient, & alias iuxta, & rationabilia sint cum suppletione defectuum, si qui forsan interuenerint in eisdem, approbamus, & confirmamus, nec non præsentis scripti patrocinio communimus, illaq; perpetuis futuris temporibus, prout eidem Comunitati visum fuerit obseruari debere decernimus. Et insuper considerantes, quod cum Carissimus in Christo filius noster Alphonsus Rex Aragonum, Illustris, & quondam

dam Nicolaus Piccininus Vicecomes nostrarum, & dictæ Ecclesiæ Gentium Armigerarum Capitaneus Generalis cum pluribus gentium Armigerarum copijs Prouinciam nostram Marchiæ Anconitanæ pro illius, quæ tunc per eumdem Franciscum Sforziam indebitè occupata detinebatur, recuperatione intrassent præfati Comunitas, Ciues, Incolæ, & habitatores, capta temporis opportunitate Ioannem de Tolentino, & Antonium de Triulcio, qui tunc cum mille, & ducentis Equis, vel circa in ipsa Ciuitate pro manutenendo, & conseruando illam sub obedientia, seu Dominio dicti Francisci Sforziæ contra nostrum, & prædictæ Ecclesiæ Statum, existebant, vt ad Obedientiam, & Deuotionem nostram facilius redirent cœperunt, ac diuersa eis damna, & iniurias in rebus, & personis intulerunt, ne ipsi Comunitas, Ciues, Incolę, & habitatores ex captione, & alijs præmissis, ex quibus maximam sibi laudem, & nostram, prædictæ Sedis Beneuolentiam plurimam vendicarunt, & non pœnam, aut damnum aliquod, sed magna exinde præmia consequi merentur per eosdem Ioannem, & Antonium, illorumq; hæredes, aut quosuis alios quauis occasione, vel causa imposterum molestentur Comunitatem, Ciues, Incolas, & Habitatores, ac singulares personas, quæ captionem, & alia præmissa fecerunt, seu facientibus auxilium, consilium, vel fauorem præstiterunt, tamquam de bene, & fideliter gestis permaximè commendantes pro potiori cautelæ suffragio, ipsos, & eorum quemlibet à capturæ excessus huiusmodi in quantum excessus dici posset, & quibuscumq; iniurijs, ac damnis per ipsos eisdem Ioanni, & Antonio, eorumq;

gentibus

gentibus in rebus, seu personis illatis, vel factis absoluimus, & poenitus liberamus, nec non dictis Comunitati, Ciuibus, Incolis, Habitatoribus, & personis, ac eorum cuilibet excessum, iniurias, & damna prædicta, quæ omnia quæcumq;, quotiescumq; & qualiacumq; fuerint similiter præsentibus haberi volumus pro expressis, in quantum etiam concernunt, seu concernere quomodolibet possunt publicum, seu priuatum etiam dictorum Ioannis, Antonij, & hæredum prædictorum, ac cuiuslibet alterius interesse, nec non Cameram Apostolicam plenariè remittimus, decernentes eosdem Comunitatem, Ciues, Incolas, & Personas occasione præmissorum per Ioannem Antonium, & hæredes præfatos, aut quosuis alios vllo vnquam tempore inquietari, ad Iudicium trahi, condemnari, seu alias quomodolibet molestari nullatenus posse. Ipsis quoq; Comunitati, & Ciuibus, seu eorum Cameræ omnia; & singula mobilia, & immobilia bona infra terminos, vel Semitas ipsius Ciuitatis consistentia ad quosuis Incolas, seu Habitatores Castrificardi, Offaneæ, Montis Filiorum Otrani, Appignani, Montis S. Mariæ in Cassiano, & quorumcumq; aliorum Castrorum, Villarum, & locorum infra Districtum, seu Comitatum prædictos existentium, qui præfatæ Ecclesiæ Rebelles fuerint pertinentia, cum omnibus Iuribus, & Pertinentijs suis perpetuò confiscamus, concedimus, donamus, appropriamus, & assignamus; Nec non quod quamcumq; Quantitatem Salis pro ipsorum, & quorumlibet Incolarum, & Habitatorum Ciuitatis, Districtus, Comitatus, Castrorum, Terrarum, Ville-

 rum,

larum, ac locorum prædictorum Vſu neceſſariam quando, & quotieſcumq; eis viſum fuerit ex quibuſcumq; Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis in dicta Prouincia, & aliàs vbilibet conſtitutis extrahere, & ad dictam Ciuitatem deferre, nec non inibi iuxta eorum voluntatem diſtribuere, & vendere liberè, licitèq; poſſint, nec eis in vitis Saluendi, aut diſtribui, vel occaſione Salis ab eis, vel ipſorum aliquo valeat quæcumq; pœcuniarum ſumma exigi vſq; ad decennium à die præſentis computandum, concedimus pariter, & indulgemus. Prætereà non immeritò, tàm beneuolentiæ, quàm dicti Comunitatis, ac Ciues ad Caſtrum Montis Fani dictorum Diſtrictus, ſeu Comitatus, Incolas, & Habitatores gerunt, nec non grauiſsima rerum, & perſonarum damna, quæ præfati Incolæ, & Habitatores Montis Fani pertulerunt, & in firma eorum erga Nos, & prædictam Eccleſiam fidelitate remanerent, prout remanent omnes taleas, cenſus, affictos, & alios prouentus quocumq; nomine cenſeantur, aut ex quauis cauſa debeantur quicumq; & qualeſcũq; & cuiuſcũq; valoris ſint, in quibus Vniuerſitas, Incolæ, & Habitatores Caſtrorum Montis Fani prædicti Diſtrictus exiſtũt, & hinc ad quindecim Annos à dat. præſentium computandos erunt, ſeu eſſe poterunt quomodolibet nobis, & præfatæ Cameræ Apoſtolicæ obligati remittimus, & donamus, ac ipſos à Talearum, Cenſuum, Affictuum, & Prouentuum huiuſmodi ſolutione vſq; ad dictos quindecim annos eximius pænitus, & liberamus non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Cameræ, & Prouinciæ prædictarum Iuramento, Con-

to, Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumq;. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quocumq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, susceptionis, voluntatis, approbationis, confirmationis, communitionis, absolutionis, remissionis, cōcessionis, confiscationis, donationis, appropriationis, assignationis, vel Cōstitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autē hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo quadragesimo quarto: decimo septimo Kalendas Decembris Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

IN DEI NOMINE AMEN.

EGo Carolus infrascriptus ad præsens Illustrissimæ, ac vetustissimæ Ciuitatis Auximi Secretarius fidem facio, & attestor, qualiter in Arca trium nuncupata Clauium existente in Cancellaria eiusdem Illustrissimæ Communitatis adest verum Originale, cuius copia superius legitur Bullæ Fel. Rec. Eugenij Papæ IV. sub dat. 17. Kalendas Decembris, quæ incipit Romana Mater Ecclesia, vna cum alijs quinquaginta quinque Bullis, & Apostolicis Diplomatibus allega-

tis per q. Illustrissimum, & Reuendissimum D. Paulum Emilium Gallum nel breue discorso dell'antichissima Città d'Osimo cauato dalla sua Historia, e stampato da Giacomo Lauri Romano l'anno 1639. in Roma nella descrittione dell'altre Città d'Italia, intitolato Eroico splendore.

Ac duo pariter antiquissima Numismata, in quorum primo talia leguntur GOMER ANTIQVS.

Ex alia vero parte Aux. P. In altero C. I. CÆSAR. DICT. ex vna, ex aliaq; parte OB. PERPET. AVXIMAN. BENEVOLEN.

Et similiter me legisse fateor librum Typis impressum Anconæ per Marcum Saluionum anno 1615. vbi patet vera Characterum Interpretatio in tredecim antiquissimis Marmoreis Basibus, ac vndecim Fragmentis pariter Marmoreis ad præsens in Auximano publico Ciuitatis foro existentibus Auctore Illustrisimo, & Reuerendissimo Domino Io: Francisco Gallo Auximano Patritio plurium Ciuitatum, & præsertim Laureti, dum ipse viueret Gubernatore. Et quia veritas ita se habet, ideo hanc præsentem scripsi, & subscripsi, solitoq; meo signo muniui, ego Carolus Claudius de Serra Petrona Camerinen. Dioc. pub. Apostolica auctoritate Notarius, modoq; Illustrissimæ, ac vetustimæ Ciuitatis Auximi Secretarius Anno Domini 1678. Indictione prima, sedente Innocentio Diuina prouidentia Papa Vndecimo anno eius Tertio die vero 12. Octobris.

IVLIVS


IVLIVS PERANTONIVS CONFALONERIVS, STEPHANVS BLASIVS, ALEXANDER CORADINVS, ET IOANNES DVLPHVS PRIORES VETVSTISSIMÆ CIVITATIS AVXIMI.

BEATISSIMÆ VIRGINIS SANCTISSIMI ROSARII DICATÆ.

SVpræscriptum D. Carolū Claudium eſſe Notarium Publicum, fidum, & legalem, ac talem qualem ſe facit, eiuſq; publicis ſcripturis in Iudicio, & extra fidem ſemper adhibitam, & de præſenti magis adhiberi indubiè Teſtamur. In quorum &c. datum Auximi ex noſtro Palatio Priorali hac die 12. menſis Octobris 1678.

Antonius Orpinellus pro d. Secretario.


Has



HAs meas lucubrationes S. R. E. grauissimo Iudicio submittens ad formam Decreti Sacræ Congregationis Sanctæ Romanæ, ac Vniuersalis Inquisitionis editi de anno 1625. Iuxta Declarationes à Sanctissimo D. N. Vrbano Octauo, annis Domini 1631. 1634. 1635. factas, ad quas &c. In hoc voto finem impono.

BENIGNE LECTOR.

FVndatorum, Propagatorum, ac Religiosorum Ordinum, Reformatorum Primam, & Secundam inscriptionum, Partem (Opus quadraginta annorum studio elaboratum) Diuino fauente Numine quam primum attende.



Prior

Prior Numerus Paginam, Secundus verò Versiculum denotat.

ERRATA SIC CORRIGE

que	qui	In Proteſtate		verſ. 28.	
Mattut	Matut.	In Approbat.		verſ. 4.	
Ianuaris	Ianuarij	In alia Apprbatione		verſ. 21.	
Trumiralis	Triumuiralis	In Indice		verſ. 14.	
Auximantium	Auximatum	In Indice		verſ. 21.	
Honufrium	Honofrium	Pag.	1.	verſ. 1.	
Honufrius	Honofrius	p.	1.	verſ. 5.	
ad oculos	Oculis	p.	3.	verſ. 7.	
a	ac	p.	3.	verſ. 18.	
cœquauit	coæquauit	p.	8.	verſ. 19.	
Merifice	Mirificè	p.	9.	verſ. 4.	
prętioſam	pretioſam	p.	11.	verſ. 4.	
Eminentia	Eminentiam	p.	11.	verſ. 10.	
Plaſgorum	Pelaſgorum	p.	26.	verſ. 8.	
Editas	Edita	p.	26.	verſ. 17.	
nuncupatr	nuncupata	p.	26.	verſ. 23.	
egli	gli	p.	27.	verſ. 23.	
nuncupatur	nuncupati	p.	32.	verſ. 22.	
iuit	Ciuit.	p.	33.	verſ. 9.	
Aumerum	Cumerum	p.	33.	verſ. 16.	
excognitum	excogitatum	p.	33.	verſ. 20.	
Conti	Monti	p.	33.	verſ. 22.	
Auximantium	Auximatum	p.	37.	verſ. 25.	
eoque	eaque	p.	84.	verſ. 7.	
Pegrinata	Peregrinata	p.	85.	verſ. 2.	
Nus	Hus	p.	86.	verſ. 7.	
obſeruatur	aſſeruatur	p.	92.	verſ. 26.	
Patri	Patris	p.	94.	verſ. 15.	
Maranca	Maranea	p.	95.	verſ. 3.	
Comitatus Vallis Campanæ.					
Non hic ſed inferius lege		p.	95.	verſ. 25.	
facto	facta	p.	95.	verſ. 10.	
Stoicij	Storaci	p.	97.	verſ. 1.	
Caſſanoli	Caſaroli	p.	97.	verſ. 3.	
Corquę	Gerquæ	p.	97.	verſ. 8.	In annot.
Grozzolini	Guzzolini	p.	98.	verſ. 16.	
Auximantium	Auximatum	p.	103.	verſ. 3.	
Februarij	Nouembris	p.	102.	verſ. 20.	
Fede	Cœde	p.	106.	verſ. 19.	col. 2.
Cluuorius	Clouerius	p.	106.	verſ. 31.	col. 2.
Cardinalium	Cardinalis	p.	107.	verſ. 15.	col. 1.
Couij	Clauij	p.	107.	verſ. 3.	col. 1.
Natales	Natalis	p.	107.	verſ. 5.	col. 1.